



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

S. Martini Maioris coenobium, in vrbe Coloniensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

S. Bruno anno Christi 965. in suo D. Pantaleonis' monasterio conditus : de cuius sanctitate vide baroniam in Annalibus, tomo 10. ad annum citatum, & Erardum Vvhemium in Sacrario Coloniæ Agrippinæ.

965.

*Gladbacense monasterium vulgo Gladbach,  
in d. Coloniensi.*

**M**onasterium istud, construxit Gerô Archiepiscopus coloniensis XXVIII. & multis Sanctorum reliquijs id ipsum exornauit. Inter alias adseruant ibi magna cum reuerentia S. Laurentij martyris caput, non semel à Philippo II. Hispaniarum Rege expetitum, sed frustra : quod nollent illius loci monachi tam precioso thesauro priuari.

*S. Martini Maioris cœnobium, in vrbe Coloniensi.*

**S**ancti Martini Coloniense monasterium, in insula Rheni olim, hodie in continente, non procul à Rheno, intra urbis mœnia situm, fundatum legitur primum ab Odgero Daciæ Duce ; tandem verò reparatum & auctum, postq; primam eius eversionem quasi de novo instauratum anno Christi circiter 986. sub Imperatore Othonete tertio. Ita bruschius.

986.

In hoc

In hoc monasterio reliquiae S. Eliphij martyris conseruantur.

Erardus Vvinhemius cit. libro dicit hanc basilicam primò constructam à Vvarino XXVIII. Episcopo Coloniensi, pro natione Scotica: quod nunc in desuetudinem venit.

In vrbe Coloniensi sunt insuper quatuor virginum Beneditinarum monasteria, pri-  
mum ad SS. Machabæos, secundum S. Mauritiij,  
tertium S. Agathæ, quartum S. Ioannis Baptiste  
in Clusa: de quibus Vvinhemius cit. libro,  
& nos alibi dicemus.

*Monasterium in Brauvveiler, diœcesis Co-  
loniensis.*

1024.  
**T**emporibus Hermanni II. Archiepiscopi Coloniensis, Erenfridus Comes Pa-  
latinus & vxor eius Mathildis monasterium  
istud in Dei ac S. Nicolai honorem an. 1024.  
fundarunt. Obiit Hermannus fundator an-  
no 1054.

1022.

*Tuitiense monasterium, ex opposito Colonia  
Agrippina ad Rhenum fl.*

Fundatum id est circa annum Christi 1012.  
à S. Heriberti Archiepiscopi Coloniensis  
fratre germano, Comite Rotemburgio ad Tu-  
barum, cuius tamen nomen ignoramus. Is  
in magna annonæ difficultate, ingentem  
men-